



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Cautio Judicialis Prælatorvm, Ecclesiasticorum & Regularium**

**Dript, Laurentius a**

**Neuhaus, [1684]**

Art. 7. An, vigore, summarij processus, sententia contra absentem ferri  
possit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63260](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63260)



periculorum evitacione, violenter auferre. Vid. *Card. tom. 7. concl. 891.* per totum aliosq; ab eodem citatos.

A R T I C V L V S VII.

*An Vigore summarij processus  
sententia contra absentem ferri  
possit &c.*

Citationem Rei ad Judicium, esse juris divini & naturalis, adeoque nunquã sine vitio nullitatis, quantumcunq; causa sit, vel dicatur notoria, omitti posse, articulo quinto, ex sacris litteris Canonibus & Canonistis, satis superq; remonstratum est. Unde ex ibidem dictis, quæstio hæc facillimè expediri posset, cum generaliter ibidẽ decifum sit, neminem sub quocumq; etiam prætextu notorietatis, nisi citatum, & prævie auditum, condemnari posse. Sed quid si reus citatus, suffi-



enter auditus, defensiones exceptionesq; necessariae concessae, & ex hinc inde productis condemnandus videatur, an saltem in tali casu in non citatum ad audiendum publicari, sententia ferri possit? & respondendum est, quod vel sententia fertur contra absentem, legitimo impedimento detentum, quod impedimentum iudicium est, & sententia talis est ipso jure nulla, *l. questum ff. de re judic. Gemin. cons. 144. n. 2. in fin. & num. 3. ver. pro responsione. Alexand. cons. 84. in causa qua vertitur num. 5. lib. 3. Card. tom. 7. concl. 144. additq; Gemin. Consil. 145. in fin. hoc esse verum imo verissimum.* Vel ferenda est sententia contra aliquem nullo impedimento detentum, nec dubium est, quin talis specificè citari debeat, & quidem exprimendo ad audiendam sententiam, etiamsi in processu, & exactis omnia sic deducta sint, ut de justitia



tia ferendæ sententiæ sit omnimoda  
 certitudo, *Card. tom. 1. conclus. 269.* de-  
 betq; citatio esse peremptoria de jure  
 communi: etsi omittatur, etiam in pro-  
 cessu summario, quando proceditur  
*simpliciter de plano sine strepitu & figura*  
*judicij. Idem ibid. num. 4. & 11.* citatio in-  
 quiens ad sententiam necessaria est, etiam  
*si pars interfuerit toti processui & discus-*  
*sioni totius cause.* Sed his diu immoran-  
 dum non est, cum tam ex superiori-  
 bus, quam Canonistis & legistis res cla-  
 ra & indubitata sit, apud quos etiam vi-  
 dere est, quomodo contra absentem  
 debitè citatum & contumacem proce-  
 di debeat, cum his diu immorari non  
 sit præsentis propositi.

### *Sectionis Summarium.*

**E**X omnibus igitur hac sectione de-  
 ductis claret, Judicem quis cumq;

tandem ille sive Ecclesiasticus, sive re-  
 gularis

D 5

regularis